



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Iure, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

13. De tempore requisito ad praescribendum ea quae mobilibus, &
immobilibus ad haerent.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

S. XIII.

De tempore requisito ad prescribendum ea qua mobilibus, & immobilibus adheret.

1. Qua censentur mobilibus, & immobilibus adherere?
2. Obligaciones & de bona ratione delicti, regulariter vicennid prescribuntur aliquibus exceptis.
3. Actiones vero, & obligaciones ex contractu regulariter triennid prescribuntur.
4. Qualiter seruientes prescribuntur?
5. Quo tempore seruitus qua est usufructus prescribitur?
6. Qualiter seruitus realis continua aut quasi continua prescribi possit?
7. Qualiter discontinua?
8. Qualiter negativa, & affirmatiua.
9. Qualiter seruitus amittitur?
10. Qualiter officia, & beneficia prescribuntur?
11. Triennalis possessio prescriptionem concedit aduersus quemlibet competitem.
12. Quo tempore prescribitur ius presentandi ad beneficium?
13. Quid de iure patronatus?

Qua mobilibus, & immobilibus adherent (spiritualia appellantur ad distinctionem rerum corporarum, & neque enim sentibus corporis apprehenduntur sicut mobilia, & immobilia, de quibus haecque actum est. Haec autem sunt multiplicia. Primum actiones, & obligaciones ad obtinenda mobilia, & immobilia. Secundum seruitus tam realis, quam personalis. Tertio beneficia, & officia tam Ecclesiastica, quam secularia, & iura ad ipsa de quibus sigillatim dicendum est.

Quoad primum de actionibus, & obligationibus. Aliae sunt obligaciones procedentes ex delicto, aliae ex contractu. Obligaciones & debita ratione delicti regulariter 20. annum exigunt ut prescribuntur ex leg. in omnibus ff. de delictis. & temporalibus prescribitur leg. quereis Cod. ad leg. Coroneam de falsis, quia interim delinquentes condemnari possunt. Et docui tract. 4. disputat. 5. punct. 19. numer. 10. Vbi excepti obligationem, & debitum ob non solum vtilitatem leg. 2. Cod. de exco. & commissis, quae quinquennio prescribuntur. Item de excepti obligationem, & debitum ob crimen hereticis, quae nunquam a reo prescribuntur, cum etiam post mortem damnari possit; ab aliis vero possessoribus Catholicis ignorantibus bona heretici fuisse non minori tempore quam quadriennio, cap. 2. de fin. de prescrip. in 6. Item excepti debita actio in iuriam quae legitime annis quingentis leg. si non conuicti. Cod. de iniuriis, & notauit Panormit. cap. 6. de iur. numer. 7. a. de sententia exco. in 1. numer. 1. Item actio ad accusandum pro adulterio commisso ad penam ciuilem, vel criminalem quae quinquennio cessat leg. adu. Cod. Ad leg. iul. de adu. 47. Secus ad petendum diuortium. cap. de moner. 33. quae 2. Officium vero Iudicis in nullo ex supradictis criminibus cessare etiam post 40. annos; sed posse viuentis delinquentis, & infamia delicti laborante procedere. ait Panormit. cap. acceptum numer. 1. de pro. canonice Lessius. lib. 2. cap. 6. dubitat. 1. numer. 36. Eman. Rodrig. 2. q. 99. regulat. q. 6. art. 11. At Iulius Clarus affirmans esse communem sententiam lib. 5. sententiar. §. fin. quae 5. 1. numer. 1. Layman lib. 3. sum. §. 5. tractat. 1. cap. 8. n. 15. con. 8. oppositum decernit, eo quo inquisitio ex officio Iudicis loco accusationis succedat; denegata ergo accusatione & inquisitio Iudicis denegari debet.

Actiones vero & obligaciones ex contractu aut quasi contractu procedentes regulariter triennio prescribuntur. Vt probat lex sicut in rem Cod. de prescrip. 30. annor. & tradit ex omnium sententia Molina. tract. 2. disp. 1. 7. in initio. Dixi regulariter, nam plures sunt actiones, & obligaciones longius tempus ad sui prescriptionem exigentes alia minori contentae sunt. Primum namque actio hypothecaria prescribitur 30. tempore quo res mobilis, vel immobilis, cui adhaerit prescripta fuerit, quia est accessoria leg. 1. §. 2. Cod. si aduersus creditorem. leg. si quis emptio in princ. iuncta leg. cum nullum Cod. de prescrip. 30. annor. Quod intellige cum res illa, quae titulo hypothecae subiecta est, possideret ab aliquo tertio, qui nec creditor est, nec debitor. Nam si ab ipso debitore, vel eius haeredibus possideretur nequit prescribi nisi spatio 40. annorum. Idem est dicendum si ab ipso creditore possessa fuerit, nequit enim durante vita debitoris prescribi ante quadriennium. Quod prescriptionis tempus computandum est a die solutionis destinatae: Vt haec omnia constant ex leg. cum nullum. Cod. de prescrip. 30. annor. & resoluit Molina. disputat. 69. circa finem. & Lessius. lib. 2. cap. 6. dubitat. 11. numer. 36. §. 37. In nostro regno Castillae haec actio hypothecaria 30. annis prescribitur aduersus quemcunque. Vt decium est ex leg. 63. Tanti ibi. p. 1. danda in la obligacion ay hypoteca 10 donda la obligacion es mixta personah

ten expediet titulum vna cum probatione huius diuturnae possessionis allegare, nimirum cum neutrum illorum sufficienter probatur, ut ex probatione vtriusque integra probatio confurgat. Sicut bene aduertit Layman. d. cap. 8. num. 15.

Immemorialis possessio vocatur cuius initium hominum memoriam excedit. Vt habetur. leg. a. §. idem Labeo ff. de aqua pluua arcenda. ibi aut cuius memoria non extat. Et leg. hoc iure §. ductus aqua ff. de aqua quotidiana. & alia, ibi, cuius origo memoriam excederit. Censetur autem hominum memoriam excedere, si excedat centum annos. Nam vita hominum, quae memoria solum per centum annos durare praesumitur. leg. an usufructus. ff. de usufructu. leg. finali Cod. de sacrosanct. Ecclesia. Ergo probata possessione ultra centum annos censetur probatum hominum memoriam excedere, ac proinde esse immemorialem.

Huius doctrinae obstat, quia simul cum hac probatione immemorialis stare potest probatio euidens per scripturas, aut testes de actu contrario possessioni, qui factus fuerit a centum & viginis annis. V. g. Ergo praescriptio immemorialis non solum ultra centum annos, sed in infinitum extendi debet, alia memoria hominum non excedit, si quidem in memoria hominum statum est audiri vel visum esse contrarium. Praeterea immemorialis praescriptio cum centenaria coincideret, quod est plures Doctores approbant, ut videre est in Couarrum. ad reg. possessor. 2. §. 1. numer. 6. Molina lib. 2. de primogen. cap. 6. numer. 43. Velazq. leg. 41. Tauri. Glossa 1. numer. 15. Gutier. pract. qq. lib. 3. quae 62. numer. 9. At longe vetus est, ut praecitati docent, immemorialem a centenaria distingui, si quidem probari poterit centenaria possessio, cuius initium visum esse offenditur. Sed his obiectionibus respondet optimè Molina. lib. 3. de primogen. cap. 6. numer. 63. & seq. admittens probari posse actum possessionis contrarium: nulla enim bona primogenij vinculo ibi ab antiquo fuit subiecta, ut manifeste non constet aliquo tempore libera fuisse. Sed non ob hanc inferitur immemorialem non esse eam possessionem, erit vique si vita centum annos probatum fuerit durare, & possit eius initium non constiterit. Vnde immemorialis a centenaria non exigit ultra centum progredietur, quae incognitum esse eius initium, cum tamen id eximat immemorialis. Quod tempus praescriptio immemorialis procedere debet ultra centum annos? Respondet optimè Molina loco citato arbitrio iudicis esse relinquendum.

Praecipue tamen immemorialis praescriptio a centenaria in illius probatione distinguitur. Etenim ad probandum immemorialem necessarium est, ut testes deponant se ita vidisse semper, neque vquam vidisse contrarium actum esse, & a senioribus ac a maioribus audiuisse semper ita factum esse, neque audiuisse contrarium, huiusque rei publicam esse famam apud eos qui rem nosse poterant. Sic tradit Glossa communiter recepta in cap. 1. de prescrip. lib. 6. §. in cap. quid per nouale de vobis signis. Aretin. Oldrad. Cornes, Alexand. & alii quos refert, & sequitur Couarrum. ad reg. possessor. 2. §. 3. numer. 7. Testes autem de hac praescriptione deponentes debent esse aetatis 48. & 50. alias non satis deponere possunt. quid actum fuerit illis 40. annis, ut eleganter aduertit Couarrum. supra alios referens. Mol. lib. 2. de primogen. cap. 6. numer. 32. Alter Molina Iesuista tractat. 2. disputat. 76. circa finem. Contra vero centenaria praescriptio probari potest tum scriptura testante traditionem rei, vel eius possessionem. Vt docuit Abbas in cap. cum nouo colum. 2. de prescrip. Item probari potest per testes qui aliquot annos post centum excesserint, ut testis probat Couarrum. d. §. 3. numer. 8. Optimè potest testis testificari de iis quae ante subteratam vidit, nisi in iure contrarium requiratur, ut in materia testamentorum requiritur. §. testes in iure de testam.

Sed an probata immemoriali praescriptione, centenaria probata censetur non est constans sententia. Nam Glossa in cap. cum nobis de prescrip. tionib. partem negantem tuetur eo quod ad probationem immemorialis non sit necessaria probatio possessionis centenariae, sed lat sit si probetur semper ita visum, & auditum esse, illiusque publicam esse famam, & opinionem, cum tamen ad probationem centenariae determinata, & manifesta probatio annorum eorum requiratur. Sed rectius docentur contrarium Couarrum. ad dictam reg. possessor. 2. §. 3. n. 9. Molina de Hispaner. primogen. lib. 2. c. 6. numer. 47. §. 43. Nam immemorialis probatio necessario continet ne contrarium visum, & auditum fuerit circa centum annos, ad minus ante litem motam. Vt rectè docuit Alexand. cons. 16. lib. num. 16. Ergo tacite & virtualiter immemorialis probatio centenariam continet, haecque Textus in cap. cum Apostolica de his qua sunt a prelato ubi probans possessionem immemorialem in exigendis decimis censetur eas possidisse ante Concilium Lateranense. Praeterea quoties ius praescribenti resistit non satis est ad prescribendum centenariae possessionis probatio absque titulo, bene tamen sufficit immemorialis, ut colligitur ex cap. 1. de prescrip. tionibus in 6. cap. super quibusdam §. praeterea de verborum significat. Ergo probatio praescriptionis immemorialis eminetur continet centenariam, eaque potior est.

Ferd. de Castro, de Inst. & iur.

personal y real la deuda se prescriba pro treinta años y no me-
 nos, & de Castiſto, & Antonius Gomez. numer. 2. & Molina
 supra. Secundo qualibet actio & obligatio que aliis decennio,
 seu longiori tempore præscribenda erat aduersus Ecclesias ali-
 qua pia loca triennio, & non minori tempore præscribetur, aduer-
 sus tamen Romanam Ecclesiam centenario indiget ad sui præ-
 scriptionem, vt probat *Authent. quis actiones. Cod. de sacro-
 san. r. Ecclesiam & ibi Glossa, & Doctores omnes.* E contra sunt
 plures actiones & obligationes, que minori tempore quam
 30. annis præscribuntur. Vt sunt actiones reuocatorie que qua-
 driennio præscribuntur. leg. 1. §. 1. ff. *qua in fraudem credito-
 rum. §. item si quis in fraudem iusticiæ. de actionibus.* de quibus
 Anton. Gomez. 1. 3. *variar. cap. 14. numer. 5. in fine.* Parinaac.
quest. 2. §. numer. 164. Deinde est illa actio que refertur. *cap. 1. de
 præscript.* vbi Episcopus qui locum aliena diocesis à fide defi-
 cientem reduxit, quemque triennio pacificè possedit, non potest
 ulterius à proprio Episcopo inquietari. & in Concil. Trident.
sess. 25. de Regulario. cap. 19. conceditur religioni præscriptio aduer-
 sus religiosum ne transfactio quinquennio de nullitate suæ
 professionis audiat. *Et in leg. in omnibus ff. de diuersis, &
 temporalib. præscript.* actio quam habet Reipublica aduersus
 Quæstores, & Administratores cessat, si postquam computati
 sunt subscripti, incontacta non fuerit aduersus ipsos administrato-
 res intra vicennium, & aduersus eorum hæredes intra decennium,
 & leg. *locorum. leg. qui agros. Cod. de omni agro deserto.*
 colono negligente culturam prædij tributarij Reipublicæ supe-
 riorum non recognoscens. Si alius illud biennio colat acquirit
 eius dominium vitæ, ita vt post sex menses ab illius acquisi-
 tione denegetur priori colono actio ad repetendum. Et in leg.
 2. *Cod. de rescindenda vendit. denegatur emptori post sex men-
 ses à die quo rem emptam vitiosam esse cognouit ad rescindendam
 contractum, & recuperandum pretium; post annum vero
 denegatur actio ad recuperandam partem prædij, quam non
 dediderit si vicium cognouisset.* Iure vero Castellæ spectato. leg.
 63. *Tauri nuda actio, & obligatio personalis ad soluendum decem
 annis præscribitur, si verò annexam habeat executionem. 20.*
 Quod si simul cum obligatione aliqua res vinculo hypothe-
 cæ subiecta sit, aut obligatio non solum est personalis, sed realis,
 triennium exigit ad sui præscriptionem. Item leg. 9. tit. 15. lib. 4.
*nuua collect. præscribitur aduersus famulos triennio, computando
 à die quo recesserit à famularu ne salarium petant, & aduersus
 alios mercatores in supra dicta leg. enumeratos Quinimo. leg.
 5. *videm tit. & lib. unico anno præscribitur actio aduersus Domini-
 um domus, vineæ, prædij permittentem ab aliquo pacificè pos-
 sideri. De quibus latè Couarruu. ad reg. possessor. 2. p. §. 11. per
 totum. Lessius lib. 2. cap. 6. dub. 11.**

Quoad seruitutes atinet nulla seruitus præscribi potest ex
 actibus meræ facultatis, seu gratuita voluntatis; quia ex ipsis nul-
 la obligatio generari potest, cum nullam obligationem conti-
 neat. Vt colligitur ex leg. *viam publicam ff. de via publica. leg.
 Proculus. ff. de damnato facto leg. si in meo fundo. ff. de aqua
 pluua arcenda.* Docuit Innocent. in cap. cum Ecclesia surri-
 ma de causa possess. *Et propterea & pluribus exornat Couarruu.
 ad reg. possessor. 2. p. §. 4. numer. 6.* Etenim vt inquit Couarruu. qui
 amicum longissimo tempore hospitio liberaliter excepit, cogi
 ianitus nequit idem officium amicio exhibere; & qui ex deuotione
 elemofynas in aliqua Ecclesia exigunt, cogi inuiti poterunt ad
 exigendum, aut impedire alios publicos questores. Neque vaf-
 falli qui ex gratuita voluntate suum triticum ad molendum, &
 coquendum in molendina seu fumos sui Domini detulerunt, cogi
 inde possunt ad eadem molendina, & furnos eius officii causâ ac-
 cedere. Quo posito seruitus, seu dominium in personam nullo tem-
 pore præscribi potest. Vt probat *lex fin Cod. de longi temporis
 præscript. qua pro liberta e & ibi Glossa, & Doctores. leg. resuc-
 pationem ff. de resucaptionib. Et sed aliquando in istis. eodem tit. Et
 leg. regia. 6. tit. 29. par. 8.* Quod procedit tamen si bona fide ex ti-
 tulo emptionis possederis. Vt aduertit Salicet. in dicta leg. fin.
 Gomezius. 1. 2. *variar. cap. 15. numer. 24.* Ratio est, nam cum
 homo natura sua liber sit, æquum non erat, vt ob solum seruitutis
 errorem seruituti subiceretur. E contra vero ipse seruus præ-
 scribitur sui libertatem aduersus Dominium si vicennio se vt libe-
 rum egerit, tamen si titulum suæ libertatis non habeat. Vt colligitur
 ex leg. 2. *Cod. de longi temporis præscript. qua pro liberta.* Ne-
 que desunt Doctores, prout refert ibi Glossa, qui sentiant inter præ-
 sidentes decennio præscribi. Quod est in *suprad. leg. 2. nullum fundam-
 entum habeat, vt potest que nullam præsentia, vel absentia
 distinctionem fecerit: ac tamen quia aliis legibus hæc distinctio
 astruitur, breuissimè tempus præsentibus conceditur ad præscri-
 bendum longius absentibus, sicut in probabilius poterit maxime
 cõ in regno Castellæ sic reperitur statum. leg. 2. tit. 29. par. 3.
 Et leg. 7. tit. 22. par. 4.* Si verò mancipium siue mas siue femina
 necesse vita decessit, liber reputatur poterit Dominus post quin-
 quennium ab eius obitu actionem intentare fuisse seruum; sed
 quinquennio tam eius filij quam bona libertatem obtinent. Vt
 rectè colligit Molina. *tr. 2. disp. 71. in fine ex leg. 1. Et sequent.
 Cod. Et ff. de statu de tutorum. Et leg. regia. 2. §. tit. 29. par. 3.*
 Seruitus verò quæ ex aliqua re persone debetur, Vt est

usufructus qui ex fundo fructuarius debetur, quæque mixta vocatur
 præscribitur cum titulo inter presentes decennio, nec et ab-
 sentes vicennio, at absque titulo, triennio. Sicut habetur. *leg. fin. l. 1.
 Cod. de præscript. longi temporis.* Glossa, & Doctores ibi. Neque
 huius præscriptio obstat quod usufructus non tempore certo
 quibusdam temporibus percipiatur, & quod non possidentium cum
 actu exitianum vt rectè Anton. Gomez. *ditto cap. 12. num.
 25.* aduertit, est usufructus percipio discontinua sit, at 20.
 & possessio cuius usufructus percipiendi continuus est. Non
 enim ex possessione naturali fundi ex quo usufructus oritur, ita
 que ex possessione naturali ipsius usufructus hæc nascitur præ-
 scriptio, sed ex possessione civilis iuris usufructus percipiendi.

Seruitus realis sic nuncupata quia rei adheret quæntumque si
 siue continua, aut quasi continua, vt est seruitus tigni immittendi,
 oneris ferendi, stillicidij, aque ductus &c. Siue sit discontinua, vt
 iter agendi per tuum prædium, decendi curum ea via, patencia
 iumentum in tuo prædij, venandi in tuo salub. præscribitur cum
 titulo inter presentes decennio, inter absentes vicennio, vt expre-
 sè notat. *lex fin. vers. fin. Cod. de præscript. longi temporis.* vbi in-
 quit Textus. *Sicut res corporales immobiliæ præscriuntur tem-
 pore ordinario 10. annorum inter presentes, Et 20. inter ab-
 sentes mediante titulo. Et bona fide, nulla interueniente scilicet
 aduersarij contra quem præscribitur, ita etiam usufructus, &
 easer. seruitutes. Ad idem est lex si ego §. de subiectione, & tra-
 dit Paul de Castro in leg. seruitutes. 4. de iudi. ff. de seruitutib.
 Felin. cap. de quarta de præscript. circa finem Anton. Gomez. 1.
 2. *variar. resolut. cap. 15. n. 66. Et 27. Couarr. variar. 1. cap. 7.
 n. 11. Molina. tract. 2. disp. 70. vers. quod idem. Lessius. lib. 2. cap.
 6. dub. 9. n. 28.**

Seruitutes reales continuæ, aut quasi continuæ inter presentes
 decennio, inter absentes vicennio abique vilo titulo præscribun-
 tur, eo quod illa possessio loco tituli succedat, & leui prædij
 iudicetur: habetur expresse. *leg. si quis dominus ff. si prima
 vindicetur leg. foramen ff. de seruitutib. vbi notat. præter leg. 1.
 Et 2. & ibi Glossa. Cod. de seruutib. Et aqua. Et leg. regia. 15.
 tit. 31. par. 3.* & probat optime respondens contrariis Fachinellus
 lib. 13. *controvers. cap. 84.* Debet autem hæc possessio haberi
 sciente & patiente aduersario aduersus quem præscribitur. Vt
 constat ex dicta leg. 2. *Cod. de seruitutib. Et aqua Et leg.
 quoribus ff. de seruitutib.* Qua scientia & patientia cessante præ-
 scriptioni consentire, & ius præscribenti concedere. Vt docuit alius
 relatis Ant. Gomez. 1. 2. *variar. cap. 15. n. 26. Et 27. Mol. dicta
 disp. 70. post medium. Lessius. dub. 9. n. 29. conel. 5. Fachinell.
 13. controvers. cap. 82.*

E contra seruitutes reales discontinuæ tempus immemorabile
 requirunt, vt sine titulo præscribantur. Sicut decisum est. *leg. hoc
 iure. §. aditus aqua. ff. de aqua quoridiana, & aqua ibi Do-
 ctum aqua cuius origo memoriam excesserit iure constitui loca
 habetur.* Ad idem est lex *seruutib. ff. de seruutib. Et leg. regia.
 15. tit. 31. par. 3.* Neque ad hæc præscriptionem requiritur vilo
 modo scientia, & patientia aduersarij, licet non requiratur ad
 eam seruitutum præscriptionem, quæ interueniente titulo constitu-
 titur, quia immemorialis præscriptio vni tituli habet. Atque ita
 docent Glossa in dicta leg. hoc iure. Couarruu. 1. *variar.
 cap. 17. numer. 11.* Anton. Gomez. Fachinellus, Lessius, Mol-
 losis citatis. Quod si inquiras quare in præscribendis sine titulo
 seruitutibus discontinuis immemorabile tempus requiratur,
 cum tamen in præscribendis seruitutibus continuis decennium vel
 vicennium sufficiat? Respondent præcitati Doctores, id esse
 quia seruitutes discontinuæ ob earum interruptionem diffinit ab
 iis contra quos præscribunt aduersari possunt, cum non habeant
 tempus sui vili fixum, sed id voluntarij præscribentium
 libitum sit. Secus vero procedit in seruitutibus continuis quæ
 rum vili vt potest continuus, & certus facile aduersari potest. Et
 hæc est præcipua ratio ob quam usufructus semel in anno per-
 ceptus qui est seruitus mixta præscribat absq; titulo triennio,
 cum tamen seruitutes reales discontinuæ requirant immemorabile
 tempus, quia usufructus non est seruitus plene discontinua, sed
 potius continua, cum rei ex qua procedit suis temporibus conti-
 nuò hæreat.

Verùm cum huiusmodi seruitutes reales alia sine affirmatiua
 eo quod prædij aliena alicui actui positum subiciant, vt cum
 tua domus obligata mea tigna recipere, tuum prædium proco-
 pecorum viam, passum, aquaeductum substinere &c. Alia sine
 negatiua quæ actum positum negant. Vt si inibi neges ædifi-
 cium attollere, fenestram in eo aperire, in tuo salub non venas
 nec per tuum prædium iterfacere, ad suffragium cum aliis non
 admitti &c. diuersimodè in ipsis incipit præscriptio, nam in ser-
 uitutibus affirmatiuis præscribere incipis ab eo pencto quo ambigebat
 vlla contradietione actum prædictum positum seruitus exerce-
 ces, at in seruitutibus negatiuis incipis à tempore quo ambigebat
 ceteri impedis prædictum actum positum sic cum Glossa. *leg. 1.
 Cod. de seruutib. aduertit. Ant. Gomez. dicto cap. 15. n. 28. vers.
 item. adde. Anton. Padilla. in leg. si quis actiones. n. 14. Cod. de
 seruutib. Molina dicta. disp. 70. vers. quod idem. Lessius. lib. 2.
 cap. 6. dub. 9. n. 29. Huiculi quæ de acquisitione seruitutum.*
 Quoad amissionem earum artur diuersimodè loquendum

est de feruitibus vrbans, & rusticis, Nam vrbane feruitures
 vt extinguantur, requirunt quod patiens feruitutem bona fide,
 aliquem actum praeter quo vium feruitutis impediatur, sicque a
 feruitute liberum reddat. Exemplum est Titius habet ius immit-
 tendi tignum in tuum murum, extrahit illud. Vt ergo aduersus il-
 lum praescribas, non sufficit vt ipse iure praedicto non vtiatur, si
 quidem non est obligatus certis aliquibus temporibus eo vti,
 sed cum voluerit idcirco requiritur, vt ipse tignum immittere
 volent resistat, & de facto impediatur. Ab eo igitur die quo hoc
 impedimentum bona fide praestas incipis praescribere. Vnde si
 in ea possessione perstitis decennio praesente aduersario, vel eo
 absente vicennio praescriptionem complas, absque eo quod ali-
 quis tinnus tibi necessarius sit. Vt colligitur ex leg. penult.
 Cod. de feruitibus. & leg. regia. 16. in. 31. par. 3. & docet
 Molina de spuat. 66. conclus. 4. & disputat. 70. post medium.
 Lessius lib. 2. cap. 6. aduersat. 6. numer. 30. Rustica vero feruitures
 quales sunt agendi iter per alienum praedium, patendi ibi-
 dem gregem, ducendi curram, & deriuandi aquam solo non vtu
 per decennium inter praesentes, & vicennium inter absentes ex-
 tinguntur, vt ex supra dicta leg. per. uir. constat, & ex leg. hac au-
 tem iur. ff. de feruitibus vrbano. praedior. & tradit Syluest. verbo
 praescriptio. 1. quest. 7. §. v. de iur. Mo. Lessius. in. 1. ci. au. au.
 Layman lib. 3. sum. sect. 5. tractat. 1. cap. 9. circa finem. Excepit feruitutem
 cuius vltus non singularis diebus, sed hebdomadis, aut men-
 sibus habendus est, nam duplicatum tempus expostulat ad sui
 praescriptionem inter praesentes videlicet vicennium. Vt colligitur
 ex leg. ff. ff. quem admodum feruitus amittatur, & leg. vlt.
 Cod. de feruitibus. Sed inter absentes duplicari etiam debet? Probabilior
 videtur pars negatiua, quidem in praedictis legibus solum
 de praescriptione inter praesentes sermo habitus est, ac proinde
 decisio illa dicta legis, ha. autem iura quoad absentes attinet
 incoacta manere debet. Sicut placuit Glossae in leg. penult. &
 vlt. Cod. de feruitibus. & approbatur leg. regia. 16. in. 31. par. 3.

Superest dicendum de officiis, & beneficiis, iurisdictioneque
 Ecclesiastica, & seculari qualiter haec praescribantur? Regulariter
 haec omnia titulo praescribuntur decennio inter praesentes, & vi-
 cennio inter absentes, & absque titulo tricenno nisi praescriptio
 sit aduersus Ecclesiam, eiusdemque, aut principem, aut ius praescri-
 bentis resistat, quia eo casu seruanda sunt regulae superiores positae
 de praescriptione rerum mobilium, cum haec inter res immobiles
 competunt & consistit ex infra dicendis.

Ab hac autem regula excipitur beneficium quod triennio
 bona fide pacifice possidetur, nam eo ipso possessor praescribit ne
 ab viro competitore possit dimoueri. Vt habetur reg. cancel. de
 vrb. iur. ff. ff. Sed an ex vi huius possessionis acquiratur titulus be-
 neficij ita vt possessor absque vlla dispensatione possit securus in
 conscientia beneficium retinere? Non est constans sententia vt
 diximus. tractat. 1. de benef. disputat. 2. pun. 3. Plures namque
 retulimus affirmatiue patri patrocianates quibus addere potes
 Saa. verbo beneficium. numer. 14. Lessius. lib. 2. cap. 6. dubit. 10.
 in. fine. 19. cap. 35. dubit. 25. numer. 140. Nicolaum
 Garcia. tractat. de benef. p. 8. cap. 1. numer. 15. Paul Lay-
 man. lib. 3. sum. sect. 5. tractat. 1. cap. 8. conclus. 6. Dicum-
 tur ex eo quod Pontifex videatur media illa possessione titulum
 beneficii possidenti concedere, siquidem denegat ne ab viro impetra-
 ri possit. Sed contrariam sententiam eo in loco & nunc vtiorem
 esse iudicamus, quam praeter ibi relatos docet Molin. tractat. 2.
 disputat. 70. in. 10. Etenim vt ibi ponderauimus nullum est ver-
 bum in dicta regula cancellariae ex quo recte colligi possit
 praerogatiua beneficii possessori concedi, sed solum concedi ne
 ab altero molestari possit ob viandas fides, & ob praesumptio-
 nem quae adit legitime beneficium obtentum esse. Primigenia
 namque & maxime iuri communi derogantia statuta non sunt
 quin manifestissime consent. Ac iure communi statutum est ne
 vilius beneficium obtineatur absque canonica institutione
 cap. 1. de Reuel. iur. in 6. cap. ex frequentibus. de institu-
 tionibus. Ergo hoc privilegium quod sola trienniali possessione
 beneficium acquiratur, vt potest derogans regula iure com-
 muni statuta introducendum non est cum de ipso manifeste non
 constat.

Insuper praesentandi ad beneficium aduersus quemcumque
 priuatum propter Couarru. ad reg. p. sessor. 2. p. §. 10. numer.
 & non praescribi tempore ordinario, videlicet cum titulo decennio
 inter praesentes, & vicennio inter absentes absque titulo tricen-
 nio, sed opus esse quadragenium cum titulo aut memoriale sine
 titulo eo quod Ecclesia in eisdem ne patronus varietur. Sed re-
 ctius contrarium docuerunt Molina disputat. 70. post princip. &
 disputat. 75. circa medium Lessius. lib. 2. cap. 6. dubit. 10. numer. 33.
 Paul. Layman. lib. 3. sum. sect. 5. tractat. 1. cap. 8. conclus. 5. Nam
 si attentè consideretur in hac praescriptione non Ecclesia, sed
 priuatus qui patronum praetendit prauidetur. Ecclesia nam-
 que parum refert hunc vel illum habere patronum & forte
 qui possedit vtilior erit quam is qui praetendit, minorque
 variatio euenit, si possidens in iure patronus conferuet, quam
 si eo deiecto alius tertius admittatur. Longè plus interest
 Ecclesiae, ne absque eius consensu notus feudatarius, aut eius hy-
 reata mactetur, & tamen tempore ordinario diximus posse seu-

ter. de Castro, de iur. & iur.

dum, aut emphyteum Ecclesiae aduersus priuatum praescribi.
 Ergo a fortiori poterit ius patronatus non praescribi.

Aduersus vero Ecclesiam ius patronatus non praescribitur nisi quadragenio cum titulo, vel tempore memoriam hominum
 excedente, quia ius resistit huic feruituti. Sed hoc spectato
 iure antiquo intelligendum est, nam iuxta. Conc. Triu. sess. 25. c. 9.
 de reform. omnis patronatus exclusus est, qui non fuerit ex funda-
 tione, vel donatione Ecclesiae, & ex authentico documento, &
 aliis iure requisitis ostendatur, siue etiam ex multiplicatis praescri-
 ptionibus perantiquissimum temporis cursum qui hominum
 memoriam excedat aliaue secundum iuris dispositionem. Ne-
 que immemorialis temporis probatio aliter patronis suffragatur,
 quam si praeter reliqua ad eam necessaria, praesentationes etiam
 continuatae non minori saltem quam quinquaginta annorum spa-
 tio, quae omnes effectum sortita sunt authenticis scripturis pro-
 bentur. De cuius intellectu late egi tract. 13. de benef. disput. 2.
 pun. 2. Et ibi qualiter praescribi possit ius eligendi Rectorem in
 Ecclesia Collegiata.

§. XIV.

Quo tempore aduersus principem praescriptio
 compleatur?

- 1 Speciale tempus pro praescriptione bonorum Principi competen-
 tentium requiritur.
- 2 Quod si tempus requisitum pro praescriptione bonorum fisco
 Principio competenti, ratione delicti?
- 3 Quod pro bonis vacantiis.
- 4 Quae principis competentis in signum supra iurisdictionis
 praescribi non possunt?
- 5 Vnde praescriptionis obtinere potes exemptionem a soluendis
 tributis.
- 6 Quod tempus requiratur pro annuis praescriptionibus im-
 peditis ab iis qui sunt Principe inferiores?
- 7 An praescribi possint quae Princeps raro concedit?
- 8 Quae ad Regem, regnique coronam speciales possunt praescri-
 buntur, & quod tempus ad hanc praescriptionem requi-
 rantur.
- 9 Quae Principi competunt qua ratione persona priuata est, &
 praescribi possunt eodem tempore, ac alia bona priuato-
 rum.

Pro praescriptione bonorum Principi competentium specia-
 le tempus designatum est, vt videbitur, eaque de causa placuit
 hanc praescriptionem ab aliis praescriptionibus se iungere. Con-
 narra. ad reg. p. sessor. 2. p. §. 2. numer. 7. quem alii Neoterici
 sequuntur, bona Principi competentia in quinque species diuisit.
 Primo loco constituit bona fisco Principis competentia. Secundo
 quae competunt Principi in recognitione suae supremae potes-
 tatis. Tertio, quae ipsi ratione suae dignitatis referuntur. Quarto
 quae eius coronae sunt annexae. Quinto quae ipsi vt priuatae perso-
 nae competunt.

Quoad primum attinet bona fisco Principis pertinentia eo
 quod debita sunt ratione delicti ante sententiam regulariter vi-
 cennio praescribuntur. Vt praecedenti puncto dixi, ibique excepti
 debita contracta ob non solum vctigal, quae quinquennio
 praescribuntur, & debita ob haereticum crimen quae ad minus qua-
 dricennium exigunt. At si loquamur de bonis fisco pro senten-
 tiam delicti additis, non tamen fisco incorporatis, sed apud
 reum, vel tertium possessore permanentibus, regulariter vicennio
 praescribuntur, excepta constitutione in causa haereticis. Si vero iam
 fisco incorporata, & ab ipso possessa necessarii exigunt ad sui
 praescriptionem quadricennium ex leg. omnes Cod. de praescript.
 30. vlt. 40. annor. §. re. sicut in 1. de v. s. cap. 10. & b. Glossa &
 tradit in praesenti Molina. disp. 73. Lessius. lib. 2. cap. 6. dub. 12.
 Layman. lib. 3. sum. sect. 5. tractat. 1. cap. 8. conclus. 3. vt latius proba-
 ui tractat. 1. de fide disputat. §. 1. ar. 19.

Bona vero vacantia fisco seculari pertinentia, si fisco denun-
 tiata sunt, neque occupant quadricennio bona fide etiam absque
 titulo praescribuntur. Vt constat ex leg. 1. Cod. de quadriennalibus
 praescript. & lege intra quatuor ff. de diuersis, & temporal.
 praescript. Quod si denuntiatio facta non est praescribuntur, sicut
 & alia bona priuatorum cum titulo & bona fide decennio, absque
 titulo tricennio. Et sic dicendum est de quibuscumque bonis, quae
 ex alia ratione quim ex delicto fisco competunt, nisi specialis
 aliqua exceptio in iure habeatur. Vt habetur leg. 3. ff. de requi-
 rendis reu. Sicut bene aduertit Molina tractat. 2. disputat. 73.
 circa finem. Si vero haec bona vacantia, siue incorporata fisco
 Ecclesiae Romanae inferioris competent, quadricennio, & non tri-
 ennio tempore praescribuntur. Quod si Romanae Ecclesiae fisco
 addicta sunt, centenario indigent ad sui praescriptionem iuxta ea
 quae superiores diximus, & notarunt Molina, Lessius, & Layman.
 loc. cit.

Secundo refert Couarru. quae debentur Principi, in signum
 suae supremae iurisdictionis, vt vctigal & census, & haec affirmat
 ad dictam reg. p. sessor. 2. p. §. 2. numer. 8. praescribi non posse. Quod
 etiam

